

tibus bona ipsa vobis et quibus ea vendiderimus ab omnibus hominibus qui vos inde querere vel molestare voluerint contra que predicta si fecerimus vel in solucione dicti census et annue prestacionis defecerimus pene nomine componamus eidem fratri Nicolao recipienti vice nomine et pro parte dicte ecclesie s. sepulcri et successoribus suis uncias auri decem cuilibet nostrum uncias quinque et totidem partem Curie me predicto notario puplico penam ipsam pro parte ipsius Curie sollepliter et legitime stipulante et totiens pena commictatur totiens exigatur quotiens contra predicta per nos vel successores nostros ventum fuerit vel aliquid attentatum, hoc scripto nichilominus in suo durante vigore et renunciavimus predicto fratri Nicolao expresse et ex certa sciencia omni legum et juris auxilio canonico et civili usui consuetudinario Iuri scripto et non scripto et specialiter consuetudini baroli qua cavetur quod pena apposita in contractu non tenet nec peti potest et omnibus aliis juribus et exceptionibus competentibus et competituris nomine contra predicta et illis maxime quibus Innui possemus et a presenti obligatione tueri hujus scripti tenor posset minui vel infringi et specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere. Preterea nos qui supra judex notarius et testes fatemur predicta omnia vera esse et coram nobis sollepniter acta fere prout superius enarrantur. Maioris quoque securitatis causa Ego predictus Magister pascalis et ego predictus magister Iacobus predicto fratri nicolao super sancta dei evangelia corporaliter tacta Iuravimus perlecta omnia et singula adimplere observare et contra non venire de lure vel de facto seu modo quocumque. Quod scripsi Ego predictus Angelus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi; quod autem superius ubi legitur in vicesima linea priori vel dicto et procuratori per me predictum notarium abrasum et emendatum est ut non imputetur indubium quia ego idem no-